



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Abbatis zosimi Cilicis. Capvt CXXIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

De duobus monachis, qui nudi ingressi sunt Ecclesiam, ut communicarent, nec visi sunt ab aliquo, nisi ab Abbate Stephano.

C A P V T C X X I I.

VEnimus ad Abbatem Stephanum Cappadocem in Sina monte, narrauitque nobis, dicēs: Cū essem ego in Raythu ante hos annos, quinta feria cenæ Domini, eram in Ecclesia. Cūque consummaretur sancta oblatio, patresque omnes assisterent, ecce video duos quosdam Anachoretas Ecclesiam ingredi, erant autem nudi, nullusque patrum alius animaduertit, quod nudi essent, nisi ego solus. Cū igitur communicassent Dominico corpori, & sanguini, exierunt de Ecclesia, & abibant. Ego autem vnā cum illis exiui. Cū ergo egressi essemus, prostravi me illis, dicens: Facite charitatem, accipite me vobiscum. Cognouerunt autem, quia videram illos nudos, & dixerunt mihi: Benè sedes, quiesce. Rursus ego rogabam illos, ut acciperent me secum. Tunc dixerunt mihi: Non potes nobiscum esse, sed bona enim tibi sedes est. Facientes autem mihi orationem, vidente me super aquas rubri maris pedibus ingressi sunt, & trans mare abierunt.

- 1 Sanctam oblationem appellat sacram Eucharistiam.
- 2 Et hic habes in Eucharistia esse verum corpus, & sanguinem Domini: Verum quod Anachoretæ intraque specie communicauerunt, non te scandalizet, quod dudū hoc fuit, dū hæc consuetudo vigeret in Ecclesia.

Vita Abbatis Zosimi Cilicis.

C A P V T C X X I I I.

Perreximus ad Abbatem Zosimum Cilicem in monte, Sina, vbi morabatur. Reuerat enim Episcopus

Episcopatum senex, & redierat in cellulam suā. Erat autem vir magnæ abstinentiæ, narrauitque nobis dicens: Cùm essem iunior, exiui de Sina, & abij in Ammoniacem, vt illic morarer; inueniq; ibi senem vestitum collobio de sibino. Senex autem vt vidit me, priusquam illum salutarem, ait mihi: Quid huc aduenisti, Zosime? Vade, non potes hic sedere. Existimans autem, quia cognouisset me, prostrauit me ante illum dicens: Fac charitatem, pater. Vnde me nosti? Senex autem dixit mihi: Ante duos dies apparuit mihi quidam dicens: Ecce veniet ad te monachus quidam, nomine Zosimus. Non permittas eum hic manere. Volo enim Ecclesiam Babylonis, quæ in Aegypto est illi credere. Tacuitque senex, & dimisso me, abiit à me, quantum est iactus lapidis. Et cùm duas, horas in oratione compleisset, venit ad me, & osculans faciem meam ait mihi: Fili charissime, benè venisti. Deus enim te huc adduxit, vt commendes terræ corpus meum. Dixi autem ei: Quot annos in hoc loco habes, Abba? Dixit ad me: Quadraginta & quinque annos impleo. Et apparuit mihi facies eius tanquam ignis. Et ait mihi: Pax tibi, fili, & ora pro me. Et hæc dicens collocauit se ipsū, & requieuit. Ego autem, effossa humo, sepeliui eum, & post duos dies recessi glorificans Deum.

Vide quantam curam habeat Deus sepulchra seruorum suorum. Igitur sepelire mortuos est opus ei placens.

CAPVT CXXIII.

Narrauit autem nobis & hoc senex, dicens Ante annos viginti duos ascendi in Porphoritem, volens illic morari, Accepi autem & discipulū meum Ioannem mecum. Cùm
ergo